

CONRADVS COCLENIUS LOVANIENSIS PROFESSOR.



Conradus natus est apud Belgas anno Christi circiter 1485. Hic à pueris feliciter operam literis dedit, & magnum earum usum sibi comparauit. In primis uero Latini sermonis elegantiam amavit, & eam inter primos Germanis restituit. Itaque in ea lingua publicus Louani professor constitutus, & Antuerpianus canonicus electus fuit. Huc Erasmus Roterodamus ob solidam eruditio- nem & morum innocentiam plurimum dilexit, & de rebus literarijs saepius cum eo amicè cotulit. Quin etiam exteræ nationes hunc Conradum ob multiplicem eruditionem & singularem eloquentiam magnifecerunt, id quod apud Paulum Iouium Italum uidere licet, qui cum de præclaris Germaniæ viris aliquid pronuntiat, huius præclararum potissimum mentionem facit. Hinc factum ut apud omnes in magna autoritate fuerit. Cum hoc modo apud Belgas celebris esset, tandem quinquagenarius anno 1535 obiit, & honorificè sepultus fuit. Eras. in Epist.